



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Approbatio Libri de Attributis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79582)

Index Capitum totius operis.

S E C T I O V.

De Christi Titulis in Ordine
ad homines.

CAP. I. *Christus Ecclesie sponsus.*

II. *Christus, Pater futuri seculi.*

III. *Christus Magister.*

IV. *Christus Sol iustitiae, lux mundi, consummatio fidei.*

V. *Christus Mediator fidei, & hominum, pax nostra, qui fecit utraque unum.*

VI. *Christus Via, & iter quod ostendit salutare Dei, terram marique.*

VII. *Christus Medicus.*

VIII. *Christus Aduocatus.*

IX. *Christus Fideiussor.*

X. *Christus, Sacerdos.*

XI. *Christus, Pontifex futurorum bonorum.*

XII. *Christus, Pastor, & Episcopus Animarum nostrarum.*

XIII. *Christus Agonothetes, necnon conciliator, & Auriga noster.*

XIV. *Christus Bellator, & victor.*

XV. *Christus Redemptor, Liberator, Seruator, Saluator, salutare, salus, saluatio.*

XVI. *Christus Triumphator.*

Operis Clausula, & pro ea Eucharisticon.

Approbatio Libri de Attributis Christi.

EGO infra scriptus exactissime perlegi librum cui Titulus *De Attributis Christi Domini Theolog. PP. continentem nexam Scholasticam, Allegoricam, & Moralem, Authore R. P. THEOPHILO RATNAUDO, Societatis IESU Theologo, & rem planè respondere perspexi. Nihil enim in hoc subtili, pio & laborioso opere, non selectum fideliter ex medulla Sanctorum Patrum, & quod non intellectum aequè clarè illustret, ac ardentè affectum inflammet per vsum doctrinæ. Et cum Ecclesia sit iam bellè decorata Prædicti R. P. Theophili doctis voluminibus, certè istud egregiè & opulenter eam etiam coronaturum existimo; & gloriæ Dei iacturam deploro, quod tale ac tantum opus cum methodo tam facili exaratum nondum prælo sit mandatum, in notabile detrimentum Præconum Verbi Dei, qui ibi omnia sunt reperturi digesta & perutilia ad Christi mysteria explicanda, cum grata varietate sine vlllo erroris navo, & quomodo ad Capitis Christi hanc in ordine ad Deum, omnes creaturas, & potissimum rationales considerati, vivam ideam membra Christianorum sint conformanda. Quare hoc opus dignissimum ut in lucem statim prodeat existimo; in cuius rei fidem hoc manu propria subscripsi. Lugduni die 17. Augusti anni 1654.*

F. LAVRENTIUS A DIVIONE Capucinus Concionator.

Lector olim quater Theologiæ, Definitor Prouinciæ Sancti Bonaventuræ, & Guardianus Diuionensis.

PROLOQVIUM